

Printed in 1917. A copy is going in #F221

McLennan, James S.

The tradition of Latin accent... University  
of Virginia, June, 1917 96 p.

Mr. James S. McLemore has completed the actual work of his Dissertation & I have approved it as a whole. I have asked him to take his time to prepare it for publication because of the large material he has collected. He submits the first portion of his work, and asks that he be given his Degree in June, 1912, with the understanding that the rest of his investigation will be prepared for complete publication as rapidly as his University duties will permit.

I regard the whole piece of work as of high value and herewith approve Mr. McLemore's Dissertation.

Thomas Fitzhugh

Professor of Latin.

Milton W. Humphreys.

Professor of Greek.

Richard H. Wilson

Professor of Romance Languages.

Univ. of Va, Apr. 15, 1912.

## The Tradition of the Latin Accent.

In this investigation into the Tradition of the Latin Accent, I shall attempt to present the sources in chronological order, so far as this can be determined. As a truth fundamental for the establishment of this order, cf. Schoell, *De Accentu Linguae Latinae* (in the *Acta Soc. Philolog. Lipsiensis*, vol. VI. 1876), p. 4, line 21: "Quare ut Cratetem Romanos ad studia grammatica compulisse scimus, ita Tyrannionem eis hanc eorum partem aperuisse crediderim, illum autem 'oratoris' Ciceroniani locum primum omnium de accentu latino testimonium esse: id quod non modo ad doctrinae historiam, sed ad ipsam doctrinam pernoscentiam aliquid valere videbimus."

Cicero: Orator XVIII, 58. Ipsa enim natura, quasi modus-  
6-43B.C. caretur hominum orationem, in omni verbo posuit ac-  
cutam vocem nec una plus nec a postrema syllaba  
citra tertiam. (B.C. 46).

Philologists have established the fact that this was not only not a law of nature, but that it was not true for Greek or Latin in the pre-historic period of the languages, and I am inclined to think it was not a law which governed the accentuation of Latin in the historic period. Cf. Giles, *Manual of Comparative Philology*, London, 1901, § 267:

~~writing on the Greek accent, says: §267.~~ "The changes in the Greek accent seem to have been brought about by the development of a secondary accent which, in words whose last syllable was long, never receded farther from the end of the word than the penultimate, and in no case farther than the third syllable. ----- If this new accent chanced to agree in position with the old accent inherited from the Indo-Germanic period, no change took place. If the old accent, which, being absolutely free, could stand on any syllable, was nearer the end of the word than this new secondary accent, the old accent might remain or the new accent might take its place." But it is true, that in the historic period of the Greek language, the accent never receded 'a postrema syllaba citra tertiam'. And, as it was true in Greek, why should not Cicero be prevailed upon to think that it was true in Latin?

But it was not true in Latin; cf. Giles, §272: ~~says~~: "In the changes which Latin accent has undergone\* -----, two stages are observable. (a) The first change, -----, was to a system in which the first syllable of the word bore in all cases a stress accent. In Latin this system had given way before  
\* since abandoning the original Indo-Germanic system of accentuation

the historical era to (b) the system which continued to prevail throughout the classical period." He, then, gives the three-syllable law as the system that prevailed throughout the classical period.

The statement of Cicero, then, --- *nec a postrema syllaba citra tertiam*., is not true for the pre-historic period. In this, Giles and scholars in general agree. Nor is it true for the historic period, since, according to Fitzhugh's Tripudic Theory, the first syllable of every <sup>Latin</sup> word receives a powerful stress. By this theory, he explains such phenomena as the so-called vowel-weakening, while 'hellenizing pragmatism' invents its theory of the 'pre-historic initial accent,' because it had to explain 'vowel-weakening' under the 'historical' accent." — *The Literary Saturnian*, Part II, p. 102.

And Cicero was one of these hellenizing pragmatists. The letter *ad Atticum* X 11, 6, implies that some new accentual theory 'tenuis. Δευρία' was under consideration, and that Cicero was heartily in favor of it. This theory was none other than that introduced into Rome by the Greek grammarian, Tyrannio Amisenus. In the part of this letter which refers to Tyrannio and the book *περί ὑποπόδιων*, there is a sort of mysterious tone. But when we read between the lines, as it were, we are driven to the conclusion that this new theory was the accentual

theory of the Greeks, and that Cicero and Atticus were making an agreement to accept it <sup>and</sup> thrust it upon the Romans if they could. ~~and thus ex-  
terminate the indigenous initial accent of the  
tripudic word-foot.~~

Some nomenclature was necessary by which to expound this new theory, and this was obtained by translating into Latin the terms which the Greeks applied to their own musical accent. Cicero rendered ὀξεῖα προσηδία, high or sharp musical tone, by *acuta vox*; cf. Corssen, *Lusprache*, II, 798. And in a passage of the *de Oratore*\*, where he is discussing the musical tones by which the orator may make his speech agreeable to the ear, may we not conclude that he is tacitly giving instruction and proposing terms suitable for applying this Greek accentual theory, with which he was so much delighted, to the Romans?

To state briefly, then, the influence of Cicero upon our accentual tradition, ~~I believe~~ <sup>critic of initial period,</sup> that, in this ~~golden age of Latin literature,~~ we have the germ, so to speak, of an <sup>+</sup> ~~un-philological fund~~ that has affected the tradition from his day to our own. See Fitzhugh, *The Literary Saturnian. Part II*, [pp. 38-48].

\* The evidence seems to show

+ accentual fiction

idius Nigidius Figulus apud Gellium N.A. XIII, 26(25).  
Figulus: P. Nigidii verba sunt ex commentariorum grammaticorum  
vicesimo quarto, hominis in disciplinis doctrinarum om-  
nium praecellentis: Deinde, inquit, voculatio qui  
poterit servari, si non sciemus in nominibus, ut  
Valeri, utrum interrogandi sint an vocandi? Nam  
interrogandi secunda syllaba superiore tonos quam  
prima, deinde novissima deicitur; at in casu  
vocandi summo tonos prima, deinde gradatim  
descendunt. Sic quidem Nigidius dici praecipit. Sed  
si quis nunc Valerium appellans in casu vocandi  
secundum id praeceptum Nigidii acuerit primam,  
non aberit, quin rideatur. 'Summum' autem 'tonum'  
ὑποωδίαρ acutam dicit et, quem accentum nos di-  
cimus, 'vocationem' appellat.

This fragment of Nigidius Figulus seems to be a protest against  
the introduction of the Greek accentual theory into Rome.  
His doctrine that every syllable has a stress is direct-  
ly opposed to that of Cicero, but is in perfect ac-  
cord with the tripudic theory. It is natural that,  
in the casus vocandi, there should be a strong stress  
on the first syllable. Fortunately, Aulus Gellius has  
preserved this fragment to us, although he does not agree with  
the doctrine it teaches. For further observations on Nigidius Fi-  
gulus, see Fitzhugh, Bulletin of the School of Latin, No. 7 (soon to be  
published). I am greatly indebted to Professor Fitzhugh for his kindness  
in giving me access to the advance sheets of this work.

Terentius Varro apud Augustinum de Dial. p. 236, 28 G. S.

Varro: Verbum est unius cuiusque rei signum quod ab audiente possit  
intelligi a loquente prolatum. Res est quicquid vel sentitur  
27 B. C. vel intellegitur vel latet. Signum est quod et se ipsum  
sensui et praeter se aliquid animo ostendit. Loqui est  
articulata voce signum dare: articulata autem dico  
quae comprehendi litteris potest. .... Omne verbum sonat.  
cum enim est in scripto, non verbum, sed verbi signum est. ....  
Sed quod sonat, nihil ad dialecticam: de sono enim ver-  
bi agitur, cum quaeritur vel animadvertitur qualiter vocalium  
vel dispositione leniatur vel concursione dehiscat, item conso-  
nantium, vel interpositione nodetur vel congestionem asperetur et  
quot vel qualibus syllabis constet, ubi poeticus rhythmus  
-accentusque a grammaticis solarum aurium tractantur  
negotia.

This passage seems to show that Varro has not yet  
heard of, or at least is not yet influenced by the move-  
ment to thrust the Greek accentual theory upon the  
Romans. His other writings on accent show a decided  
dialectical tendency. From the expression 'poeticus rhyth-  
mus accentusque', it seems reasonable to conclude that  
there is a very close connection between rhythm and ac-  
cent.



LIBRORUM DE SERMONE LATINO  
INCERTAE SEDIS FRAGMENTA INCERTAQUE

P.210,10 G - S.

Scire oportet vocem sicut omne corpus tris habere distantias: altitudinem crassitudinem longitudinem. Longitudinem tempore ac syllabis metimur: nam et quantum morae enuntiandis verbis teratur et quanto numero modoque syllabarum unum quodque sit verbum, plurimum refert. ~~Altitudi-~~ <sup>ne</sup> ~~discernit~~ <sup>discernit</sup> accentus, cum pars verbi aut in grave deprimitur aut sublimatur in acutum. Crassitudo autem in spiritu est, unde etiam Graeci aspirationem appellant *δασεταρ* et *ψιληρ*: nam omnes voces aut aspirando facimus pinguiore aut sine aspiratu pronuntiando tenuiores.

P.213,3 G - S = Varro apud [Sergium] p.525,18K.

In accentu materia locus et natura prosodiae brevissime comprehensa sunt. Nam materia esse ostenditur vox, et ea quidem qua verba possunt sonare, id est scriptilis; locus autem syllaba, quoniam proprie haec verbi pars est quae recipit accentum. Natura vero prosodiae in eo est, quod aut sursum est aut deorsum: nam in vocis altitudine omnino spectatur, adeo ut, si omnes syllabae pari fastigio vocis enuntientur, prosodia sit nulla.

P.213,11 G - S = Varro apud [Sergium], p.529,1K.

Quot ergo sint prosodiae dicendum est. (Quae res eo maiore cum cura tractanda est, quod nostra ratio ab opinione iam inveterata et omnium ferme animis adfixa discrepat.)

Athen<sup>9</sup>dorus duas esse prosodias putavit, unam inferiorem, alteram superiorem; flexam autem - nam ita nostra lingua *περισπωμένην* vocavimus - nihil aliud esse quam has duas in una syllaba.

Dionysius autem, Aristarchi discipulus, cognomento Thrax, domo Alexandrius, qui Rhodi docuit, lyricorum poetarum longe studiosissimus, tres tradidit quibus nunc omnes utuntur: *βαρεῖαν ὀφέϊαν περισπωμένην*.

Tyrannio vero Amisenus, quem Lucullus Mithr<sup>i</sup>dati<sup>o</sup> bello captum Lucio Murenæ concessit, a quo ille libertate simul et civitate donatus est, quattuor scribit esse prosodias: *βαρεῖαν μέσην ὀφέϊαν περισπωμένην*.

Atqui memoriae proditum est hunc ante alios fuisse pronuntiatione potio<sup>r</sup>em, quod nequaquam assequi potuisset, nisi tenore singularum vocum diligentissime perquisito.

In eadem opinione et Varro fuit, qui in leges suas redigit accentus, ductus scientia et doctrina eius, qua omnibus a se propositis evidentissimas affert probationes, ut id quicque pro media prosodia facit dicendo ipsam naturam nihil facere totum, ubi non sit medium; ut enim inter ruder<sup>x</sup> et eruditum, inter <sup>ca</sup>~~ca~~llidum et grigidum, amarum et dulce,

longum et breve est quiddam medium quod neutrum est, sic inter imam summamque vocem esse mediam ibique quam quaerimus prosodiam.

Neminem musicum esse, qui medi<sup>a</sup> vocem in cantu ignoraverit, nec quemquam potuisse dicere in sono chordarum aut buccinarum aut voce cantantium μέσην esse, si non in omni vocis natura esset medium, minimeque mirum, ut in hac multo-  
rum sensus non animadvertat, cum in illa, quae in cithara aut tibia aliquanto uberior est, saepe tantum non sentiant meatum. Praeterea minus reliquis notam, primum quod ea sit principium aliarum, ut μέση in musica initium cantionis, et omnium rerum initia semper obscura sint; dein quod omne medium in angustis non videatur, ut punctum in quamvis magno orbe quod vocant κέντρον: nullum esse corpus ubi non sit medium et omnem vocem corpus esse: omnem igitur vocem medium habere. Quod enim fuit deorsum, prius in medium succedere quam evolet sursum, et quod sursum est ante eodem venire quam deorsum: quare utriusque compitum medium esse. Et multa praeterea latius in eam rem disputata profert, quae nunc nobis longum est iterare.

Scire enim oportet rationis huius recens non esse commentum, sed omnium qui ante Varronem et Tyrannionem de prosodia aliquid reliquerunt plurimos et clarissimos quosque mediae huius fecisse mentionem, quos omnes sibi fuisse auctores Varro commemorat: grammaticos Glaucum Samium et Her-

mocraten Iasium, item philosophum Theophrastum Peripateticum, cui divina facundia nomen adscivit, nec non eiusdem sectae Athenodorum, summi acuminis virum, qui quandam prosodiam *μονότονον* appellat, quae videtur non alia esse quam media licet diverso vocabulo.

Nec desunt qui prosodias plures esse quam quattuor putaverint, ut Glaucus Samius, a quo sex prosodiae propositae sunt sub hisce nominibus: *ἀνειμένη μέση ἐπιτεταμένη κεκλασμένη ἀνακλωμένη ἀντανakλωμένη*. Sed hic quoque non dissentit a nobis: nam cuivis ex ipsis nominibus intellectu proclive est tres primas esse simplices et non alias quam *βαρεῖται μέσην ὀφέται*, postremas autem tres duplices et quasi species unius flexae, quae est genere una. <sup>a</sup> Hinc enim flecti non uno modo omnes putaverunt: Eratosthenes ex parte priore acuta in gravem posteriorem, Theodorus autem aliquando etiam ex gravi in acutiorem escendere. Ceterum Varro in utramque partem moveri arbitratur nequ<sup>l</sup> hoc facile fieri sine media, eamque acutam plerumque esse potius quam gravem, quod ea prop<sup>l</sup>ior utroque<sup>l</sup> est quam illa superior et inferior inter se.

(Sed hoc de media prosodia satis, quo quis sciat esse quaerendam. Ceterum qui hanc ignorant, quia sola noverunt quae in scholis studuerunt, non sunt culpandi. Sed nec magistros,

Foot-note. <sup>l</sup> For the reading *utroque*, see Fitzhugh, *Bulletin of the School of Latin*, No. 7 (soon to be published).

qui tres solas demonstrant, erroris arguerim, si modo hoc docendi causa faciunt, cum ipsos quarta non lateat: tres prosodias in usu esse scire oportet; media autem, quae inter duas quasi limes est, quod gravioris quam acutioris similior est, in inferioris potius quam superioris numerum relegatur. In hoc enim fere doctissimorum consensus est, acutam plus una in verbo esse non posse, graves esse complures.)

P.215,29G - S.= Varro apud [Sergium] p.531,10 K.

Prosodiam ibi esse dicimus ubi aut sursum est aut deorsum. Quae demissior est, a pluribus βαρετα appellatur Graece, Latine vero gravis, ideo quod deorsum est, in sede scilicet ponderum graviorum. At eam quae sursum est Glaucus ἐπιτεταμένην, item alius aliter, sed nemo adhuc levem vocavit, quamvis iderat gravi contrarium; verum ea nomen obtinet ὀφέταν, Latine acuta, ideo quod tenuis et omne acutum tenue. Inter has est μέση, Latine media, quia limes est per quem duae supra dictae ultro citroque commeant. Quartae illi, quia ceteris perplexior est, plura sunt vocabula. Ammonius Alexandrius, qui Aristarchi scholae successit, ὀξύβαρον vocat, Ephorus autem Cymaeus περίσπασιν, Dionysius Olympius δίτονον, Hermocrates Iasius σύμπλεκτον, Epicharmus Syracusius κεκλασμένην; verum ea nunc ab omnibus περισπωμένη Graece vocatur, apud nos flexa, quoniam primo erecta rursus in gravem flectitur.

Acuta exilior et brevior et omni modo minor est quam gravis, ut est facile ex <sup>s</sup> musica cognoscere, cuius imago prosodia. Nam et in cithara omnique psalterio quo quaeque chorda acutior eo exilior, et tibia tanto est voce acutiore quanto cavo angustiore, adeo ut corniculo aut bamborio addito gravior reddatur, quod crassior exit in aera. Brevitatem quoque acutae vocis in isdem organis animadvertere licebit, siquidem pulsu chordarum citius acuta transvolat, gravis autem diutius auribus inmoratur. Etiam ipsae chordae quae crassius sonant longiores videntur, quia laxius tenduntur; item in fistula duo calami brevissimi qui acutissimae vocis. Tibiae quoque acutiores quae breviores et his foramina quam sunt ori proxima et brevioris aeris motum <sup>u</sup> ~~pe~~sentiscunt tam vocem reddunt acutam. Sic in loquentium legentiumque voce ubi sunt prosodiae velut quaedam stamina, acuta tenuior est quam gravis et brevis adeo, ut non longius quam per unam syllabam, quin <sup>m</sup> ~~imo~~ per unum <sup>a</sup> tempus protrahatur; cum gravis quo uberior et tardior est diutius in verbo moretur et iunctim quamvis in multis syllabis residat. Quocirca graves numero sunt plures, pauciores acutae, flexae rarissimae.

Acutae nota est virgula a sinistra parte dextrorsum sublimè fastigata / ; gravis autem notatur simili virgula in eandem partem depressa fastigio \ : quae notae demonstrant omnem acutam vocem sursum esse et gravem deorsum. Id ipsum etiam musicorum docetur diagrammate, in quo tropi pro acumine vocum superiores scribuntur, denique summus hyperlydius, quia acutissimus, infimus hypodorius, quo nullus est gravior.

Flexa autem prosodia, quod duplex est et <sup>e</sup> ~~ex~~ acuta gravique ficta, notam hab<sup>e</sup>it nomini potestatique respondentem: nam a sinistro cum surgens arduo fastigio et sursum molli curvatura dextroversum flexa praecipiti cli<sup>v</sup>vo deprimitur et speciem pronae litterae <sup><</sup> C efficit, priorem acutam et posteriorem gravem sibi inesse significat <sup>Q</sup>. Mediae vero, cuius nunc usus non habetur, notam non ponimus, quia neque a maioribus accepimus neque fingere possumus.

Ordo in accentibus non attenditur, verum varie <sup>u</sup> n<sup>u</sup>nc ~~n~~nc <sup>v</sup>rem nunc acutum, non numquam flexum primo loco poni dubium non recipit. Non tamen setius est aliquis prior natura quam alius, non secus atque in litteris evenit. Nobis de accentu dicturis non longitudo tractanda est verum altitudo, quae tamen liquido cognosci non potest, nisi longitudinis quoque ratio habeatur. In eius enim aliqua parte esse debet id quod altissimum est. Denique, cum verbum enuntietur, aliqua in eo syllaba necesse est summum illud vocis fastigium possideat; sed quae potissimum sit ea, monstrari non potest nisi per temporum numerum, qui proprie longitudinis est. Quapropter etsi metricis videtur ad rhythmos solos pertinere <sup>o</sup> ~~temp~~rum dinumerare intervalla, tamen, quia titulus propositi utramque flagitat <sup>nit</sup> ~~cogitationem~~ <sup>itionem</sup>, ne quidquod ad discendos accentus pertinet deesse videatur, de verbi longitudine dicendum est, ea sola attingentes, quae operi nec~~ess~~essaria videbuntur.

Longitudo verborum duabus in rebus est, tempore et syllabis. Tempus ad rhythmos pertinet, syllabae ad metricos.

Inter rhythmi<sup>c</sup>os et metricos dissensio non nulla est, quod  
rhythmi<sup>c</sup>i in versu longitudine vocis tempora metiuntur et  
huius mensurae modulum faciunt tempus brevissimum, in quo  
cum quae syllaba enuntiata sit, brevem vocari. Metrici autem  
versuum mensuram syllabis comprehendunt et huius modulum  
syllabam brevem arbitrantur; tempus autem brevissimum intel-  
legi quod enuntiationem brevissimae syllabae cohaerens ad-  
aequaverit. Itaque rhythmi<sup>c</sup>i temporibus syllabas, metrici  
tempora syllabis finiunt.

For the discussion of Varro's relation to this accentual  
fiction, see FitzHugh, ~~Evolution of the School of Latin, 1822,~~

~~Evolution of the School of Latin, 1822,~~ *The Literary Saturnian, Part II, pp. 39-46.*



ius Rem. Palaemon apud Charisium p. 189, 10 K. = Niomedes  
Palaemon p. 407, 19 K. = Schoell CXL<sup>1</sup>.

Item ex praepositionibus, quae mutato accentu in  
adverbia recedunt, haec: infra, infra stat; su-  
70 A.D. pra, supra stat; extra, extra stat; intra,  
intra sedebat; ultra, ultra non faciam;  
citra, citra discurrit; circa, circa equitat;  
intra, intra facit, id est similiter; contra, con-  
tra tendit; subtus, subtus erat; coram, coram  
stetit, id est palam; ante, ante venit; post,  
post sedet; prope, prope cecidit, hoc est paene;  
usque, usque illum mulcarit, hoc est valde;  
item illo usque cum venisset; super, super ste-  
tit. Et quamdiu sine casibus enuntiantur, adverbial-  
liter eunt, receptis casibus in praepositiones.

Palaemon apud Charisium p. 231, 3 K. = Schoell CXL<sup>1</sup>.

De praepositionibus Palaemon ita definit..... Non  
nullae tam casui quam verbo praeponuntur, aliae tantum  
verbo, quaedam tantum casui. Aliae mutato accentu  
in adverbia accedunt.

Palaemon apud Charisium p. 231, 24 K. = Schoell CXL<sup>1</sup>.

Quaedam similiter ex universis mutato accentu in ad-  
verbia recedunt, quae etiam in adverbis notavimus, et sunt  
infra, infra stat... usque illo cum venisset. Et quamdiu sine  
casibus enuntiantur, adverbialiter eunt, receptis casibus in praepositiones.

Foot-note. <sup>1</sup> In these passages, Schoell's reading is given. See his Foot-notes.

From these passages, we learn that Palaemon puts an acute accent on the ultima of a preposition. Quintilian refutes this doctrine of his teacher. Cf. below: Inst. Or. I, 5, 25-29.

Palaemon apud Charisium p. 234, 16 K.

Item ante illum, post illum, inter illum, penes illum:  
hae praepositiones non numquam promiscue accipiuntur. Nam et postponi solent et accentum utique mutant, aliquando et casum, quale est paucis ante diebus, item paucos post annos, item arma inter iuvenum, item illum penes, ut sit penes illum, ante paucos dies, inter arma iuvenum.

Palaemon apud Charisium p. 227, 30 K. = Diomedes p. 394, 1 K. = Positheus p. 49, 13 K.

Item ut recipit finitiva acuto accentu elatum. Effertur autem, quotiens pro eo accipitur quod est quo modo, ut apud Ciceronem ut sustinuit, immo vero ut contempsit id est quo modo. Quotiens vero pro eo quod est ut apud Graecos, recipit optativa, velut ut faciam. Non numquam tamen et acuto accentu elatum recipit subiunctiva, praeposito sane finitivo verbo, more quo supra formari relativa diximus, ut apud Vergilium.

Infandum, regina, iubes renovare dolorem,  
Troianas ut opes et lamentabile regnum  
Eruerint Danaï.

Palaemon apud Charisium p. 228, 8 K. = Diomedes  
p. 394, 12 K.

Item ne acuto accentu imperativa, velut ne fac. Quotiens  
vero gravi accentu pro eo quod est apud Graecos ἵνα μή ac-  
cipitur, optativa recipit, ut apud Horatium  
ne facias quod

Umidius quidam.

Non numquam vero, etiamsi acuto accentu efferatur,  
optativa quoque recipit, velut ne facias, ne scribas.  
Sed interest inter hoc et illud quod diximus ne fac, quod  
hoc imperamus, superius suademus. Recipit quoque id ipsum  
acuto accentu elatum finitiva, quotiens ἐῖπωκεῖς ac-  
cipimus pro eo quod est apud Graecos ὡς, rei factae  
adfirmatio, quod est apud Ciceronem 'ne illi vehementer er-  
rant'. Quotiens vero rei dubiae et quasi condicionali aptatur,  
recipit et subiunctiva eodem accentu elatum, ut apud Cice-  
ronem 'ne tu Cruci accusator esses ridiculus, si illis tempo-  
ribus natus esses'; hoc est si esses natus, esses ridiculus.

Valerius No attempt is here made to determine the authorship  
Probus: of the works that have come down to us under the  
flourish- name of Probus. Many scholars think that the Catholi-  
4-68 A.D. ca Probi were written by Marius Plotius Sacerdos; and  
it is certain that the *Instituta Artium* were written either  
in the time of Diocletian, or after him. See Probus *Inst. A.*  
p. 119, 25 K: "Sunt nomina, quae rem proprie communiterve  
significant: proprie, ut puta Roma Tiberis Diocletianae et  
cetera talia; communiter, ut puta urbs flumen Thermae  
et cetera talia."

Servius ad Aen. III, 3.

Ceciditque superbum Ilium et omnis humo fumat Neptunia  
Troia [Sane quaeritur, quomodo dixerit cecidit et fumat. Sed  
aut per licentiam poeticam tempus pro tempore posuit, ut memi-  
nisse horret luctuque refugit, aut certe naturam rerum expres-  
sit. Nam ruina fit (in) brevi, fumus vero longo permanet tem-  
pore. Nam quod ait Probus ad discernendum tempus circum-  
flectendam ultimam syllabam, ut intellegamus fumarit, non  
procedit [quamvis accentus differentiae causa adhibetur, ut  
pone verbum nullum habet accentum] quia poné tantum [verbum]  
in ultima habet accentum, ut significet retro.

It is not necessary to understand fumat as fumarit, with Pro-  
bus, since the present gives a vivid picture of the lasting effects  
of the single acts that precede. Even if we should understand it thus,  
its accent would not be affected. The tripudic scansion of the verse  
shows that the last syllable of this word has the grave stress:

*Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia*  
A-o- R A-G | A-G || A-G A-R-o-G | A-G

Annianus apud Gellium N. A. VI (VII), 7.

Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et scita suavitatem. Is 'affatim', ut 'admodum', prima acuta, non media, pronuntiabat atque ita veteres locutos esse censebat. Itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti Cistellaria (v. 231) legisse dicit:

Potine tu homo facinus facere strenuum? aliorum affatim est, qui faciant; sane ego me nolo fortem perhiberi virum, causamque esse huic accentui dicebat, quod 'affatim' non essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam vocem cohaesisset, sicuti in eo quoque, quod 'exadversum' dicimus, secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una, non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus (Phorm. v. 88):

In quo haec discebat ludo, exadversum loco  
Tostrina erat quaedam.